



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Petri De Dusburg, Ordinis Teutonici Sacerdotis, Chronicon
Prussiae**

Petrus <de Dusburg>

Francofurti ; Lipsiae ; Regiom. Pruss., 1679

Cap. CCLVIII. De Destructione Castri Kymel.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11850

Conradus de Feuchtwangen X. Mag. Gen. Ord. Teut.
Meneko de Querfurt XII. Mag. Prov. in Prussia.

CAP. CCLVIII.

De

Destructione Castri Kymel.

Non longè post frater Ludovicus de Liebencele cum quibusdam fratribus & CC. Viris ivit ad impugnandum quoddam Castrum, sed dux Exercitus errans in via pertransiit, & dum in reditu ad rectam viam rediret, intrantes ipsum, neminem in eo invenerant, quia populi, qui in eo habitabant, videntes fratrum Exercitum, secesserunt ad sylvas, non volentes nec valentes ipsorum impugnationes sustinere. Combusto ergo Castro, fratres turbatè recesserunt; Sed Deus nolens omnino frustrari labores eorum, imo ferventi ipsorum desiderio complacere, ordinavit quod non longè viderent Castrum firmum dictum Kymel, pro cuius destructione fratres & sumptus & labores per se & per suos sapius iterabant, licet non proficerent. Qui intrantes viriliter, occisis habitatoribus, ipsum appposito igne funditus cremaverunt.

CAP. CCLIX.

De

Vastatione territorii & præurbii Castri Garthe.

Anno Domini MCCXCVI. tempore hyemali, frater Siffridus de Reiberg Commendator de Balga cum multis fratribus & equitibus de Nattangia profectus est versus Lethoviam, & cum venisset circa Castrum Garthen, invenit ve-

Anno Domini
MCCXCVI. Bonifacius Papa (b) canonizavit Ludovicum Regem Francia.

Uu

stigia